

Quartum.

Morū generū
discrimen.Declaratio
uerborū Tul-
lij.

nesciat irasci, cupiat nihil. Iustitiæ, ita cum sup̄na & diuina mente sociari, ut ser-
uet perpetuum cum ea foedus imitando. Quartæ exemplares sunt, quæ in ipsa
diuina mēte cōsistunt, quam diximus v̄sp̄ uocari, à quarū exemplo reliquæ oēs
per ordinē defluūt. Nam si rerū aliarū, multo magis uirtutū ideas esse in men-
te credendū est. Illic prudentia est mens ipsa diuina. Tempantia, q̄ in se perpe-
tua intētionē cōuersa est. Fortitudo, q̄ semp̄ idē est nec aliq̄n mutatur. Iustitia,
q̄ perenni lege à sempiterna operis sui cōtinuatione non flectitur. Hæc sunt
quaternarū quatuor ḡna uirtutū, quæ p̄ter cætera, maximā in passionibus ha-
bent differentiā sui. Passiones aut̄ (ut scimus) uocantur, q̄ hoīes metuunt cupi-
untq̄, dolent gaudentq̄. Has primæ molliunt, sc̄dæ auferunt, tertiæ obliuiscū-
tur, in quartis nefas est nominari. Si ergo hoc est officium & effectus uirtu-
tum, beare, cōstat aut̄ & politicas esse uirtutes, igitur ex politicis efficiunt̄ bea-
ti. Iure ergo Tullius de rerūp. rectoribus dixit, ubi beati æuo sempiterno fru-
antur. Qui ut oñderet, alios otiosis, alios negotiosis uirtutibus fieri beatos, nō
dixit absolutē, nihil esse illi principi deo acceptius q̄ ciuitates, sed adiecit, quod
quidem in terris fiat, ut eos q̄ ab ipsis coelestibus incipiunt, discerneret à recto-
ribus ciuitatū, q̄bus p̄ terrenos actus iter parat̄ ad cœlū. Illa autē definitione
qd̄ p̄ssius potest esse, qd̄ cautius de noīe ciuitatum, quā cōcilia (inq̄t) cœtusq̄
hoīm iure sociati, q̄ ciuitates appellantur. Nam & seruilis quondā & gladiato-
ria manus cōcilia hominum & cœtus fuerunt, sed non iure sociati. Illa autē so-
la iusta est multitudo, cuius uniuersitas in legum consentit obsequium.

Quo sensu rerūp. rectores, è cœlo descendisse, eōq̄ reuerti dicantur. Caput IX.

Quod uero ait: Harū rectores & seruatores hinc profecti, huc reuertū-
tur, hoc modo accipiendum est: Animarū originem manare de cœlo,
inter rectē philosophantes indubitata cōstat esse sententiæ. Et anima
cum corpore utit̄, hæc est p̄fecta sapientia, ut unde orta sit, de quo
fonte uenerit, recognoscat. Hinc illud à q̄dam inter alia seu festiua seu morda-
cia, serio t̄m usurpatū est, De cœlo descendit γινώσθι σεαυτ̄p̄. Nam & Delphici uox
hæc fert̄ oraculi, cōsulenti ad beatitatē q̄ itinere pueniret: Si te (inquit) agnoue-
ris. Sed & ipsius fronti templi hæc inscripta sententia est. Homini aut̄ (ut dixi-
mus) una ē agnitio sui, si originis natalisq̄ principia atq̄ exordia prima respe-
xerit, nec se quæsiuerit extrā. Sic em̄ anima uirtutes ipsas cōscientia nobilitatis
induit̄, q̄bus post corpus euecta, eō unde descenderat, reportat̄: q̄a nec corpo-
rea sordescit nec onerat̄ eluuiē, q̄ puro ac leui fonte uirtutū rigat̄: nec deseruif-
se unq̄ cœlum uidetur, quod respectu & cogitationibus possidebat. Hinc ani-
ma, quā in se pronam corporis usus efficit, atq̄ in pecudem quodāmodo refor-
mauit ex homine, & absolutionē corporis phorrescit, & cū necesse est, non nisi
cum gemitu fugit indignata sub umbras. Sed nec post mortē facile corpus re-
linq̄t, q̄a non funditus corporeæ excedunt pestes, sed aut suū oberrat cadauer,
aut noui corporis ambit habitaculū, nō humani t̄mmodo, sed ferini quoq̄, ele-
cto ḡne moribus congruo q̄s in homine libenter exercuit: mauultq̄ om̄ia per-
peti, ut cœlum qd̄ uel ignorando, uel dissimulando, uel potius prodendo dese-
ruit, euadat. Ciuitatum uero rectores, cæteri q̄ sapiētes, cœlum respectu, uel cū
adhuc corpore tenent̄, habitantes, facile post corpus, cœlestem, quam penē nō
re-

Persius.